Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

130

multitudinem serpentium mare ingreditur. cum
quibus omnibus idem suffocatur. Qui in litus eiecti
aerem sua putredine corruperunt. et gravem
mortalitatem humano generi intulerunt. Sagit-
te namque e celo venire conspiciebantur. de quibus in-
guina hominum tacta. sine mora moriebantur.
Primitus ipse pelagius moritur. deinde populus romanus
pene totus subita morte consumitur. Gregorius
itaque papa levatur. qui populum ieiunare et orare. cru-
ces portare hortatur. Quod dum devote peragunt.
plaga cessat. et populus pace dei exultat. Unde
statutum est ut eadem dies annuatim ecclesia
agatur. cum ieiuniorum et letaniarum celebratione.
quatinus nos deus et animalia nostra custodiat a mor-
talitate. Et quia sepe hoc tempore. ex inclementia
aeris solet evenire. quod semina tacta usibus
nostris non possint prodesse. decretum est ut illi dies
eodem ritu. scilicet cum ieiuniis. et letaniis pagan-
tur. ut totius anni fructus nobis ab omni infortunio
custodiantur. Et ut pius dominus det nobis fiduciam
impetrandi. Hortatur nos euangelium ad studium oran-
di. Dicit enim si quis media nocte panes ab a-
mico petat. quos ante amicum suum deman-